Quelle: https://manuscripta.at/?ID=236
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et in prophetis meis no
lite malignari. Et voca
uit famem super terram
et omne firmamentum
panis contriuit. Misit an
te eos uir in seruum. ven
undatus est ioseph. Hu
miliauerunt in compedi
bus pedes eius. ferrum pe
transiit animam eius. don
ec veniret uerbum eius. Eloq
ium domini inflammauit
eum. misit rex et soluit eu
princeps populorum et di
misit eum. Constituit
eum dominum domui suae. et
principem omnis possessi
onis suae. Et erudiret
principes eius sicut se
metipsum et senes eius pru
dentiam doceret. Et intro
ivit israhel in egyptum. et ia
cob accola fuit in terra
cham. Et auxit populum
suum uehementer. et firma
uit eum super inimicos
eius. Convertit cor eorum ut
odirent populum eius. et do
lum facerent in seruos eius.
Misit moysen seruum
suum aaron quem elegit
ipsum. Posuit in eis verba
signorum suorum. et prodi
giorum in terra cham. Mi
sit tenebras et obscurauit
et non exacerbauerunt serm
ones suos. Convertit a
quas eorum in sanguinem.
et occidit pisces eorum. de
dit terra eorum ranas in
penetrabilibus regum ipso
rum. Dixit et venit cyno
mia. et scniphes in omni
bus finibus eorum. Posuit plu
uias eorum grandinem.
ignem obuorantem in
terra ipsorum. Et percussit
vineas eorum et ficulneas
eorum. et contriuit lignum fi
nium eorum. Dixit et venit
locusta et bruchus. cui non
erat numerus. Et comme
dit omne fenum in terra e
orum. et comedit omne fruc